

H_z. Sigismund von Österreich an Pius II. Er habe dem Papst erst kürzlich versichert, den Beistandspakt mit NvK einhalten zu wollen. Dennoch habe NvK kürzlich den Sonnenburger Streit wieder eröffnet, indem er die Nonnen vor das päpstliche Gericht habe vorladen lassen. Er bittet daher den Papst, das Verfahren an sich zu ziehen und Schlichtern zu übertragen. Der von Kard. Bessarion übermittelten Aufforderung, zum Nürnberger Tag zu kommen, werde er nach Möglichkeit Folge leisten. Er beglaubigt seinen Kaplan Georg Puchperger.

Kopie (gleichzeitig): BERNKASTEL-KUES, *StiB, Cod. Cus.* 221 p. 208f. Überschrift: Dux Sigismundus pape, quod causam de Sonnenburg velit advocare etc.

Ern.: Jäger, *Streit I* 368, 371f.; Meutben, *Zum Itinerar* 329.

Sanctissime in Christo pater et domine, domine clementissime. Humilem recommendacionem et oscula beatorum. Nuperrime, ut res indicat, non parum s. v. favor respexit, cum differenciarum materiam inter reverendum patrem cardinalem et episcopum Brixinensem ac me exorta terminare et pacis federa¹⁾ ampliare vestra curavit clemencia, que in novissimis litteris me exhortata est, quod con-
 5 scriptam inter prefatum cardinalem et me concordiam, quam et ipse tenere paratus esset, vellem observare sanctitatemque vestram de hiis reddere cerciorem.²⁾ Quibus congruum, ni fallar, responsum reddidi, prout s. v. ex copia, si littere presentate non sunt, docebit interclusa.³⁾ Quietio ita nichil et a suspicione nove turbacionis remoto dictus dominus cardinalis iterum dissensionis occasionem tribuit: Nam ipse fontem, ex quo nonnulli differenciarum rivoli effluxere, aperiens moniales in Sonnenburg omnesque
 10 interesse putantes tam super temporalibus quam spiritualibus causis ad beatitudinis vestre curiam citasse dicitur⁴⁾, non animadvertens, quod sepe promiserat se non velle de temporalitate, que ad me tamquam irrevocabilem et perpetuum dicti monasterii advocatum pertinet, impedire. Nec memor forsan fuit, quod conscripta inter nos concordia formam diffiniendi causas huiusmodi imposuit⁵⁾ nobisque ordinem dedit, ut alter alterum eo modo, quo nostri antecessores mutuo vivere solebant, prosequi deberet et fovere.⁶⁾
 15 Ne igitur asperitas negotii offensas iam moniales et usque ad ruinam deductum monasterium exterminare conditamque, quam iussu s. v. conservare debemus, concordiam abigere videatur, queso: Digne-
 mini iudici⁷⁾, cui s. v. causas huiusmodi audiendum commisit, inhibere, ne procedat, et curiosam litem suis secundum inscripcionis formam arbitris committere decidendum. Nam si duricia cardinalis cotidie sic debeat adici insolita, timendum est cessare posse et consweta. Oro preterea atque obsecro, ne partem
 20 aliquantulum quietis s. v. turbare paciatur, sed prefato domino cardinali mandare placeat, ut inscripcionem et promissa sequendo, si voluerit, quiescere prosequatur.

Rev^{mus} eciam pater Bissarion⁸⁾ apostolice sedis per Germaniam legatus me, ut iam fere suscitatum inter principes Almanie gwerram⁹⁾ extingwere et Nurembergam¹⁰⁾ quam primum venire vellem, nomine s. v. rogavit, cui promisi non deesse, si magnitudine proprii negotii non tardarer. Verum confisus de s. v.
 25 proficisci institui, sperans cumfidencia (!) imposicionis causam domini cardinalis predictam advocare. Cetera, que hiis desunt, Georgio Puchperger¹¹⁾ capellano meo commisisse contentus fui, qui s. v. de singulis informabit, cui fidem in referendis adhibere et graciosam expeditionem clemencia vestra dignetur impartire, quam ad ecclesie sue regimen omnipotens incolumem conservare velit et longeve.

Datum Insprug xxiiii february 1460.

30

Sigismundus dei gracia Austrie dux comesque Tyrolis

30 Austrie: *em.* Austria.

¹⁾ S.o. Nr. 3788f. (1454 Januar 13).

²⁾ S.o. Nr. 6096 (1460 Januar 18).

³⁾ S.o. Nr. 6104 (1460 Januar 31).

⁴⁾ S.o. Nr. 6120 (1460 Februar 14).

⁵⁾ S.o. Nr. 3788. Das hierin festgelegte Schlichtungsverfahren hatte erst kürzlich in Trient zu keinem Ergebnis geführt.

⁶⁾ S.o. Nr. 1105 Z. 5-9 (1451 März 15).

⁷⁾ Der Name des zuständigen Rotarichters ist nicht bekannt.

⁸⁾ Zur Gesandtschaftsreise des Kard. Bessarion s. Nr. 6109 *Anm.* 4, 6119 *Anm.* 2, 6241 *Anm.* 1.

⁹⁾ Der Konflikt zwischen Mgf. Albrecht Achilles von Brandenburg-Ansbach und Hz. Ludwig IX. von Bayern-Landsbut mit ihren jeweiligen Verbündeten. S. dazu oben Nr. 6095.

¹⁰⁾ Zum Nürnberger Reichstag s.o. Nr. 6072 *Anm.* 1.

¹¹⁾ Er wird als Zeuge genannt in INNSBRUCK, TLA, U I 6849 (1457 Juni 26, Birgitz).